Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

deletus est de libro viventium et cum iustis non scribatur. Iube tu deus hanc oblationem ferre dignetur assignatam per quam nos mihi electos assumas. Iudas laqueo se suspendit et capitum eius altior accepit. Iube tu deus hanc oblationem dignetur ferre ratam per quam ratum sit meae salutis promissum. Iudas exivit condemnatus et oratio eius facta est in peccatum. Iube tu deus hanc oblationem ferre dignetur rationabilem per quam rationabile sit meae servitutis obsequium. Iudas reddit mala et odium pro dilectione. Iube tu deus hanc oblationem facere dignetur acceptabilem per quam nos tibi reddas acceptos. Vel ideo sacerdos fecit tres cruces omnes super oblata et calicem per ordinem et ait: Hanc panem et vinum accepit et benedixit et dedit discipulis suis dicens: Hoc est corpus meum. Et altare fecit calicem. Quia dixit: Bibite hoc est sanguis meus. Et secundum hunc sensum: Accipite sumite. Quia predicit quem potestis vel potuistis. Quia iudas vendit dominum ad crucifigendum sacerdotibus et phariseis. Et iterum sacerdos ad notandum omnibus tres emptores fecit tres cruces omnes super oblata et calice tradidit. Induta assumpta. Data dominus vero discrete vendentes et venditum fecit. Quas cruces discrete super oblata et calice tradidit. Ut fiat corpus et sanguis. Petimus ergo ut deus hanc oblationem faciat benedictam, assumptam, data: i. ut ea offerret et offerret in rationabilem hostiam et acceptabilem sacrificium ut ita nobis i. ad meam salutem. Quamvis fiat corpus et vinum sanguis dilectissimi filii domini mei Iesu Christi. Vel oramus ut deus hanc oblationem facere dignetur assumpta: i. talem quae de memoria sua nulla possit oblivione deleri. Et data: i. talem quae de beneficio suo nulla possit ymaginatione euellere. Rationabilem autem eam fieri deposimus: i. talem quae diuine rationi conueniat. Refert enim ut rationabile et rationale. Hoc rationabile dicitur quod de ratione procedit. Et rationale quod utitur ratione ut ita. Quia oblationem tu deus dignetur facere in omnibus benedictam. Hoc est transferre in ea hostia quae est omnimodis benedicta assumpta data rationabilis et acceptabilis. Benedicta dicitur hostia salutaris id est ab omni tanta maledictionis immunis. Tam azymali quam actuali. Tam criminali quam veniali. Sicut Elizabeth inquit ad virginem: Benedictus fructus ventris tui. Assumpta dicitur figuris et scripturis veteribus designata tam in agno paschali quam in Manna celesti. Tam in Isaac immolando quam in Abel immolato. Quam ut inquit Johannes: Hic est agnus qui abstulit de azymis mundi. Data dicitur quia non transitoria fiunt vetus que cessit. Ubi nova successit. Sicut quae promittit mutatum secundum ordinem Melchisedech. Rationabilis dicitur quia non penitialis sicut erat legalis que sanguine thaurorum et hircorum non potest a peccatis mundare. Sed quia sanguine Christi assumptus emundat ab operibus mortuis. Acceptabilis dicitur quasi non ita de qua dicit propheta: Sacrificium et oblationem noluisti. Sic